

ACTA GENERALIS VIII. SYNODI.

Quibus quidē Græcis summus pōtīfex in hoc etiā humanissime satisfecit, vt de Impatore, ac patriar'chis, vt vellēt, fieret mētio. Demū duodecim illi doctores cōcordes literas conſcripferūt, quas cū summus pontifex & Imperator accurate vidiffent, iuſſerūt, vt Græcis & Latinis literis in vno eodēq; folio deſcriberent, ita vt a parte dextera Latine cū Occidentaliū patrū ſubſcriptiōibus, ac ſummi pōtīficiſ ſigillo, ab altera vero parte Græce cū Græcorū itē ſubſcriptiōibus, necnō ipſius Impatoris ſigillo ſcripte eſſent. Quibus qdē oibus rite diligenterq; peractis, cōmuni partiū ambaz conſenſu, ſummus pōtīfex Impatore pſente, oibusq; tā Græcis q̄ Latinis pſulibus veſtibus ſacris indutus, in tēplo ſanctæ Mariæ liberatæ die Lunæ ſexta mēſis Iulij miſſam ſolēniter celebrauit. Qua quidē celebrata, ipſæ eadē literæ a Iuliano Cęſarino ſanctę Sabinæ cardinali Latine, a Beſſarione vero Græce, dei gratia lectæ, promulgatæq; fuere in hac forma.

¶ Sanctæ vnionis literæ.

**E**Vgenius epiſ ſeruus ſeruoꝝ dei, ad ppetuā rei memoriā. Cōſentiente ad inſcripta chariſſimo filio noſtro Iohāne Paleologo Romæꝝ Impatore illuſtri, & loca tenētibus venerabiliū fratꝝ noſtroꝝ patriarchaz, & cæteris Orientalē eccleſiā representātibus. Latent cœli & exultet terra, ſublatus eſt em̄ de medio paries, q̄ Occidentālē Orientalēq; dividebat eccleſiā, & pax atq; concordia rediit, illo angulari lapide Chſo, qui fecit vtraq; vnum, vinculo fortiffimo charitatis & pacis, vnūq; iungēte parietē, & ppetuæ vnitatis ſœdere copulatē ac continētē, poſt q̄ longā meroris nebulā & diſſidij diuturni atrā ingratāq; caliginē ſerenū oibus vnionis optatæ iubar illuxit. Gaudeat & mater eccleſia, q̄ filios ſuos hæctenus inuicē diſſidētes, iam videt in vnitatem pacemq; rediſſe, & q̄ antea in eoz ſeparatione amariffime flebat, ex ipſoz modo mira concordia cū ineffabili gaudio oipotēti deo gſas referat. Cūcti gratulentur fideles vbiq; p orbē, & q̄ Chriſtiano cenſent noie, matri catholicæ eccleſiæ colletentur. Ecce em̄ Occidētales Orientalesq; patres poſt longiffimū diſſentionem atq; diſcordiæ tps, ſe maris ac terræ periculis exponētes, oibusq; ſuperatis laboribus ad hoc ſacrū cœcumenicū conciliū deſiderio ſacraſſimæ vnionis, & antiqz charitatis reinte grādæ gratia, læti alacresq; conuenerunt, & intentione ſua nequaꝝ fruſtrati ſunt. Poſt longā em̄ laborioſamq; indaginē, tādē ſpūs ſancti clementia, ipſam optatiſſimā ſacraſſimamq; vnionem conſecuti ſunt. Quis igit dignas omnipotentis dei beneficijs gratias referre ſufficiat? Quis autē diuinæ miſerationis diuitias nō obſtupeſcat? cuius veſterum peccatus tāta ſupnæ pietatis magnitudo non molliat? Sunt iſta proſus diuina opa, non humane fragilitatis inuenta, atq; ideo eximia cū veneratione ſuſcipienda, & diuiniſ laudibus proſequēda. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiaz actio Chriſte fons miſericordiaz, qui tm̄ boni ſponſæ tuæ catholicæ eccleſiæ cōtuliffi, atq; in gñatione noſtra tuæ pietatis miracula demonſtraſti, vt enarrarent oēs mirabilia tua. Magnū ſiqdē diuinūq; munus nobis deus largitus eſt, oculisq; nſis vidimus, qd̄ ante nos multi, cū valde cupierint, aſpicere nequiverint. Conuenientes em̄ Latini & Græci in hac ſacro ſanctā cœcumenica ſynodo, magno ſtudio inuicem vſi ſunt, vt inter alia, etiā articulus ille de diuina ſpūs ſancti proceſſione ſumma cum diligētia & aſſidua inquisitione diſcuterēt. Prolatis vero testimonijs ex diuinis ſcripturis plurimisq; authoritatibus ſanctoz doctoz Oriētalium & Occidentaliū, aliquibus qd̄ em̄ ex patre & filio, quibusdā vero ex patre p filium procedere dicentibus ſpūs ſanctū, & ad eādē intelligentiā aſpicientibus omnibus ſub diuerſis vocabulis, Græci qd̄ em̄ aſſeruerūt, qd̄ id, quod dicūt ſpiritū ſanctū ex patre procedere, non hac mente proferrent, vt excludant filium, ſed q̄ eis videbat (vt aiunt) Latinos aſſerere ſpiritū ſanctū ex patre filioq; procedere, tanq̄ ex duobus principijs & duabus ſpirationibus, ideo abſtinuerunt a dicēdo qd̄ ſpūs ſanctus ex patre procedat, & filio. Latini vero aſſeruerunt, non ſe hac mente dicere ſpiritū ſanctum ex filioq; procedere, vt excludāt patrem, q̄nin ſit fons, ac principiū totius deitatis, filij ſcilicet & ſpūs ſancti, aut qd̄ id, quod ſpūs ſanctus procedit ex filio, filius a patre non habebat, ſue qd̄ duo ponāt eſſe principia, ſeu duas ſpirationes, ſed vt vnum tātum aſſerāt eē principiū, vnāq; ſpirationem ſpūs ſancti, prout hæctenus aſſeruerunt, & cum ex his omnibus vnus & idē eliciatur veritatis ſenſus, tādē in inſcripſitā ſanctā deo amabilem eodem ſenſu, eademq; mente vnionem vnanimiter concordarunt & conſenſerunt. In nomine igit ſanctæ trinitatis patris, & filij, & ſpūs ſancti hoc ſacro vniuerſali appro